RECTOR & SENATUS ACADEMIÆ LUGDUNO-BATAVÆ LECTORIBUS S. P. L. Q. L.

Laudabile imprimis majorum nostrorum Institutum est, ut, qui honestas studiis, atque artibus duas sexe dederint, antequam sese ad Vitæ communis usum, atque ad praxin conferant, ante omnia Academia adeuntes subeant examen de debitumque eruditionis sua testimonium ab ea petant. Cum igitur Ornatissimus Doctissimusque Vir JOHANNES CONRADUS AMMAN, Scaphusia-Helvetius diligentem assiduamque Medicinæ multos annos operam navasset, atque jam ad exhibendum Doctrinæ suæ specimen paratus esset, petiissetque à nobis, ut ipsum titulo Doctoris nostro Doctrina sua communiente, ornaremus. Nos, cum honestissima aquissimaque ipsius petitioni hâc in parte deesse non possemus, ipsum primò per varias veram Medicinam accurate examinavimus, ac deinde THESIN DE MORBIS EX FEBRIUM DEBILITATE ORIUNDIS, prout adversus Professorum opponendum argumenta objectionesque tuentem audivimus. In quibus omnibus cum præclaram eruditionem suam, ac Medicinæ peritiam, pari cum modestia conjunctam abunde nobis probasset, qui Virtuti et honestis Studiis debetur honos, pedum Libenter contulimus. Quapropter potestate nobis ab Excellentissimo Principe Guilielmo IV, Hollandiæ ac Zelandiæ Gubernatore, nec non ab Illustribus ac Potentibus Hollandiæ Zelandiæque Ordinibus concessâ, eundem, JOHANNEM CONRADUM AMMAN, Doctorem Medicinæ pronunciavimus ac declaravimus, pronunciamus ac declaramus, dedimus ac damus ei potestatem cathedram Doctoralem consendendi, ac de Medicinæ respondendi considendi, prout cæteroqui ceteros, qui Medicinæ Doctores exercere solent. Tribuimus ei insuper Privilegia omnia ac Prærogativas, quæ cuique vero Medicinæ Doctori Legibus vel consuetudine concedi tribuique solent. In quorum omnium fidem Diploma hoc publicum, manu SECRETARII nostri subsignatum, ac majori Academiæ Sigillo corroboratum ei dari curavimus. Lugd. Bat. ad Diem 29. Augusti 1749.

Joachimus Schwartz
h. t. Academiæ Rector.

Albinus.
Promotor.

A. V. Roijen.
Facultatis Decanus.

H. Gaubius.

Fr. Winter

Albinus.

P. V.: Musschenbroek
Loco Secretarii.

A I 1605